

ultra omnes gentes sup̄ terram. hoc & iudei clamabant. omnes ser-  
minos calamitatis excessimus. amisimus patriam. perdidimus libertatem.  
seruitutis iniuriam subuigamur. captiuitatis uincula sentimus. barba-  
rorum tenemur obsequio. contempta uiuimus. suspecti anbelamus. fame  
conterimur. sitis rabie laceramur. omne tempus tormentis & empam  
est. Ideo subueni miserere. multum repleta est anima nra. & ipsa  
inquit anima iam defuit. calamitatum continuatione tantarum.  
& multa quidem tolerabiliter patiuntur aduersa. nos autem etiam  
solacium sufferentiam misimus. Lugemus. lacrimamus. Lamenta-  
tione conterimur. & quo datus sibi honoribus non sunt usi competen-  
ter. sed largitis beneficis abusi uixerunt. contrarius corriguntur.  
& hoc d̄s ubiq; facit. Sic & adam cum paradisi utiliter habitare nolu-  
isset. pulsus e paradiso emendauit. & conuige pari honore gloriam.  
post ea seruitute deterioratam. utilem meliorem q; constituit. Sic  
& iudeos libertate superbos. deliciis fastidiosos. iugo reddidit seruitu-  
tis. ut captiuitate dedita. & iniuriis tradita corrigantur. Obp̄briū  
& explorantium. & despectos superbis. hoc frequenter admittitur.  
hoc ad si diu conprobatur. semper superbia cogitantes. repentina  
humilitate obruuntur. Nihil enim superbia detestabilius. nihil ar-  
rogantia crudelius repperitur. Propter hanc temptationes. p̄pter  
hanc dolores. propter hanc gemitus. p̄pter hanc mortale corpus est.  
p̄pter hanc cordibus sollicitudines ingeruntur. Ut anima undiq;  
tormentis obessa. & crebris effrenata supplicis. superbia cacumina  
derelinquat. Non igitur fratres adueniente forsitan aliqua temp-  
tatione terreamur. cum seimus hanc esse nobis. sed p̄phete uerba